


exercitu manserit, octo solidos de nostra moneta recipit ab eadem. Capelanus quoque ab eadem remunerandus elligitur, ut iuxta curram quotidie divinum celebretur ab eo ministerium.


XXV. Sex comunis tubicines decentis condicionis, a comuni nostro magnifice honorati singuli quandoque quatuor equis vel tribus vel saltem duobus, potestatem nostre civitatis rectorem sequuntur; qui non solum tubicinum et preconum, sed totidem equitum strenuorum, cum necesse fuerit, in sui comunis honore diligenter officia exequuntur. Istis quidem specialiter duo solent in exercitu assignari tentoria et a republica solet eisdem honorabilis atque [decens provisio fieri]. De nostre civitatis admirande [fortitudine quedam] descripsi. Nunc pretereo, ne [perseverando in] eodem themate lectio vertatur in [tedium]. Nunc ad declarandum constantem nostre [civitatis] fidelitatem non fictam stillum diverto.



*Il gruppo monumentale di S. Lorenzo. Inc. di Domenico Aspari, 1791.*

...poeu dòpo, per ògni dì ch'el sta in de l'esercit, el ciappa ancamò dal comun vòtt franch de la nòstra moneda. Anca on cappellan el ven nominaa dal comun a pagament perchè tucc i dì vesin al carr el pòda celebrà la fonzion divina.

XXV. Ses trombetta del comun de condizion dignitosa, che dal master comun hinn magnificament onoraa ciaschedun ò con quatter cavai ò con trii ò di vòlt duu, vann adree al podestà che el governa la nòstra città; questi ch'èssu eseguisson con diligenza minga domà l'ofizzi de trombetta e de bandidor, ma altertant de valorosi cavalier, quand el s'indess necessari, a onor del comun. A lor de solit hinn riservaa dònd spiciali in de l'esercit e da part del comun hinn abituaa a ciappà on stipendi onorevol e decoros. On quaicòss hoo cuntaa sù in su la forza de la nòstra città ammirevol. Adess voo innanz, perchè l'insist sul stess argoment el vòlta minga la lettura in loeuj. Adess vòlta la penna a spiegà la costant e minga finta fedeltà de la nòstra città.



"Grande naviglio" fuori della Porta Ticinese medievale. Inc. di L. Rados da dis. di G. ... 1807.

## DISTINCTIONES SEXTI CAPITULI.

In sexto capitulo continetur: I. De passionibus et laboribus pro Ecclesia. II. De amissione trium Magorum.

### De commendatione Mediolani ratione constantis fidelitatis.

I. Ubi legitur aut dicitur tam constantis fidelitatis Ecclesie Romane civitas altera unquam fuisse? Nonne huius rei causa nostra civitas tanquam unguis carni sic Romane unita Ecclesie, contra cuius hostes constans fuit obstaculum, ictus angustiosos persepe recepit, famem, sitim, frigus, cauma, labores, excubias, vulnera, mortes, fletus, lacrimas, ploratus, abruptiones, captiones, carceres, cruciatus, expensas, inopiam, fugam, combustiones, populatus, locorum ruinas et sui ipsius excidium? Nunquam tamen quid fieri potuit, propter quod fieret omnino confessa, ut in tempore imperatoris Fedrici primi apertius patuit, aliquando Ecclesiam destituerit, hec solla eam constanti fide semper substituit et defendit.

Nunquam quoque legi nec audivi hanc aliquando Romane urbi fuisse rebellem, sed sotiam fidelissimam et quantumcumque potuit adiutricem. Ideo secunda Roma vocata fuit antiquitus; unde Romani:

*Dic, homo qui transis, dum porte limina tangis:  
Roma secunda, valle, regni decus imperialle;  
Urbs veneranda nimis, plenissima rebus opimis,  
Te metuunt gentes, tibi flectunt colla potentes,  
In bello Thebas, in sensu vincis Athenas.*

Est igitur vera et constanti fidelitate nostra civitas excelentissima comendanda.

II. Cui ab ipso quidem Fedricho primo non nisi fidelitatis causa fuerant dirupta menia, proh pudor, proh dolor!, ob eandem causam trium Magorum corpora per beatum Eustorgium anno cccxiv ad

## **DISTINZION DEL SEST CAPITOL.**

In del sest capitol gh'è denter: I. I passion e i òper faa per amor de la Gesa. II. La perdita di trii Rè Magi.

### **Esaltazion de Milan per la soa fedeltà costant.**

I. In doe se leg ò se dis che ghe sia ona quai altra città de fedeltà inscì costant a la Gesa Romana? L'è minga fòrsi per sto motiv che la nòstra città, taccada a la Gesa Romana come l'ongia a la carna, l'è stada ona riferma costant contra el nemis, e l'ha ciappaa molto spess di colp doloros, la famm, la set, el fregg, el cald, i fadigh, i nòtt de sorveglianza, i ferid, i mòrt, i lament, i lacrim, el piang, i distruzion, i conquist, i presonii, i tortur, i spes, la poertà, el dovè scappà, el foeugh, i sacchegg, la rovina di sit e fina la distruzion soa de lee? E pur gh'è mai staa nagòtt che l'ha poduu per quest fagh refudà la fed, anzi tanti vòlt l'è stada martir. Quand quasi tucc i città de Lombardia, come l'è staa ben ciar al temp de l'imperador Federico primm, hann lassaa perd la Gesa, lee deperlee con la soa fed costant l'ha semper sostegnuda e difesa.

E hoo mai nanca legiuu né sentuu che la fudèss stada ona quai vòlta rebell a la città de Ròma, ma amisa fedelissima che l'ha juttada tucc i vòlt che l'ha poduu. Per quest in temp antigh l'hann ciamada Ròma segunda; e alora i Roman hann scritt:


«Dì sù, òmm che te passet de chì, quand te tocchet la soeuja de  
[la pòrta:

Salut, ò segunda Ròma, decòr imperial del regn;  
Città tanto veneranda, piena comè de sciorarii,  
De ti i gent gh'hann paura, a ti pieghen el còll i potent,  
In guerra Tebe, in del giudizzi te venget Atene».

Donca la nòstra eccelentissima città l'è de reverì per la soa vera e costant fedeltà.


II. A causa de questa fedeltà i sò mur hinn staa traa giò da Federico primm, oh vergògna! oh dolor!, per la stessa reson i còrp di trii Rè Magi, che eren staa portaa chì in de la nòstra città dal beato Eustòrg

civitatem nostram aducta, per hostes Ecclesie fuere raptim abducta. Et hec fuit nostri laboris plenissima merces, ut contra Ecclesie rebelles pugnando fideliter tanti tesauri absentiam patiamur. Ve civibus huius terre, qui talli et tanto spoliati tesauri, sese potius invicem delere laborant, quam viam rimari per quam suum abdicare vituperium valeant et tanti spoliium tesauri per ecclesiastici iuris rigorem cum ingenti gloria reparare! Sed si michi liceret contra dominos meos huius civitatis pastores os ponere, iam pocius dicerem: ve huius terre metropolitanis, quorum negligentia nundum sunt per Ecclesie gladium restitute reliquie, que non culpa civium, sed in Ecclesie defensione pro immensa fidelitatis constantia sunt amisse! A tempore enim quo primo fuit hec civitas condita, videlicet ante Salvatoris nostri nativitatem anno DIV et post conditam urbem Romam cc<sup>o</sup>, sicut legitur, ipsa nunquam fuit, iuxta meum iudicium, tanto titullo denudata.



*L'abbazia di Chiaravalle. Inc. di C. Lose da dis. di F. Lose, 1815-1821.*

de l'ann tresent quattòrdes, hinn staa menaa via a la svelta dai  
nemis de la Gesa. E quest l'è staa tutt el compens de la nòstra fadiga,  
che sicome emm scombattuu fedelment contra i rebell de la Gesa,  
adess patissom la mancanza de on tesòr inscì grand. Guaia ai cittadin  
de sta terra, che sbiotta de tal e tanto tesòr, se dann de fà per trass  
in tòcch a vicenda puttòst che vorè cercà ona via per scassà el sò tòrt  
e rescattà con tanta glòria in fòrza del diritt ecclesiastich el robalizzi  
de on tesòr inscì grand! Ma se a mè me fudess concess dervì la bocca  
contra i mè superior, pastor de sta città, disaria puttòst: «Guaia 'ai  
metropolitan de sta terra, se per soa negligenza a travers la spada de  
la Gesa hinn minga staa daa indree i reliqui perduu minga per colpa  
di cittadin, ma per la gran costanza de fedeltà che gh'hann avuu in  
difesa de la Gesa!»<sup>(114)</sup>. De fatt dal primm temp che questa città l'è  
stada fondada, cioè in de l'ann cinqucent quatter prima ch'el nasess  
el nòster Salvator e duserent ann dòpo la fondazion de Ròma, second  
el mè parèr l'è mai stada sbiottada de on onor inscì grand.



Basilica di S. Ambrogio. Veduta con elementi immaginari. Inc. di Debucourt da dis.  
Audet, 1812-1828.

## DISTINCTIONES SEPTIMI CAPITULI.

In septimo capitulo continetur: I. Quod tirampni non possunt hic locum habere. II. De libertate metropolitani.

### De commendatione Mediolani ratione libertatis.

Qualiter autem ratione libertatis hec sit civitas commendanda, non est multum necesse ad hoc declarandum sermonem protendere. Patet enim vulgariter, quoniam postquam Ecclesia Dei viguit, nullius nisi solius Ecclesie Dei servituti, cui servire est liberum esse, gratuito valuit subiugari.

I. Multi enim tyranni iam extranei hic tyrannidi sue sedem sunt occupare conati, sed divina bonitas eis resistens, cum beate Marie genitricis domini nostri Ihesus Christi, in cuius purissime virginis honore precipuo fabricata est nostre civitatis cathedralis ecclesia cum aliis in nostro territorio tam intus quam extra in eiusdem nomine pluribus ducentis octuaginta; cum beati Ambroxii nostri patroni et aliorum sanctorum, quorum hic sexaginta corpora requiescunt; cum relligiosorum et religiosarum in maxima quantitate civitatem et eius comitatum incolentium interventu continuo; a tirampnica sepissime rabie civitatem deffendit.

II. Metropolitanus etiam civitatis nostre, cum sit omnium archiepiscoporum primicerius, exemptus est, nec patriarche nec alicui primati suppositus. Unde legitur in Decretis quod Mediolani pontifex et Aquilegie patriarcha condam poterant sese alterutrum consecrare.

## **DISTINZION DEL SETTIM CAPITOL.**

del settim capitol gh'è denter: I. Perchè i tirann poden minga avè sto sit. II. La libertà del metropolitan.

### **Esaltazion de Milan per la soa libertà.**

Gh'è nò bisògn de fà on discors tanto longh per dì in che manera questa città la sia de esaltà per la soa libertà. De fatt l'è ciar a tucc che de quand la gh'è la Gesa del Signor, Milan l'ha mai vorsuu mettes spontaneament al servizzi de nissun se non domà a quell de la Gesa del Signor, perchè servì la Gesa voeur di vess liber.

I. De fatt tanti tirann forestee hann giamò tentaa de mett chì la sede del sò domini, ma la divina bontà la se gh'è oppòsta, cont el continov aiutt de la beata Maria mader del nòster Signor Gesù Crist, e in onor specialment de la purissima vergin l'è stada fabricada la gesa catedral de la nòstra città con di alter intitolaà al sò nòm che in del nòster territòri, sia denter che foeura i mur, hinn pussee de duserent vottanta; con l'aiutt del beato Ambroeus nòster patron e di alter sant del quai requien chì sessanta còrp; con l'aiutt di religios òmen e dònn che in gran quantità stann de cà a Milan e in del sò circondari; la bontà divina l'ha difes de spess la città da la rabbia di tirann.

II. Anca el Metropolitan de la nòstra città, che l'è el primm de tucc l'arcivescov, l'è esentuaa, l'è minga sottopòst a nissun patriarca né primaa. Donca se leg in di Decreti che el Capp de la Gesa de Milan e el Patriarca de Aquileia ona vòlta podeven consacrass vun con l'alter <sup>(115)</sup>.



## DISTINCTIONES OCTAVI CAPITULLI.

In octavo capitulo continetur dignitas Mediolani: I. Ratione sedis imperatorum. II. Ratione coronationis eorum in hac civitate. III. Ratione representationis eorum ad archiepiscopum nostrum. IIII. Ratione exemptionis archiepiscopi nostri. V. Ratione officii ecclesiastici et de Karulo qui voluit delere officium Ambroxianum et de carnisprivio. VI. Ratione penitentiae. VII. Ratione antiquitatis metropolitane sedis et officii Ambroxiani et quot episcopi fuerunt sub nostro metropolitano et quot nunc sunt; hic notabile de numero archiepiscoporum Mediolani. VIII. Ratione nostrorum [civium, clericorum et] secularium magnis dignitatibus po[sitorum]. VIII. In quot bonis Mediolanum superat omnes civ[itates]. X. De duobus defectibus civitatis. XI. Quod Mediolanum naturaliter gloriosum est. XII. Interpretatio huius dictionis Mediolanum. XIII. Operis huius commendationes. XIII. Excusatio auctoris. XV. Exclamatio super Mediolanum et reprehensio potentium civium.

### De commendatione Mediolani ratione dignitatis.

Ratione dignitatis est hec civitas admodum gloriosa, quod multis rationibus per viam veritatis declarare conabor.

I. Primo quidem quia hic, tamquam in secunda Roma, sepe fuit imperatoria sedes, videlicet Nerve, Traiani, Adriani, Maximiani, aliorum quoque Gentilium, qui prius quam vigeret Ecclesia Christianos persequebantur. Hi quidem, sicut legitur, magnifice nostram civitatem auxerunt. Multi postmodum successerunt imperatores catolici, Ecclesia iam vigente, videlicet Phillipus, Constantius tercius, Constans, Constantinus, qui dicitur est Gallus, Iovinianus, Vallens, Vallentinianus, Gratianus, ultimo Teodosius; qui sepius in hac civitate sedentes residentiam faciebant.

II. Secundo, quoniam imperatores romani Mediolani in reges Italie coronantur. Unde, sicut legitur in quodam libro, qui Copia Arnulfi vocatur, Conradus tercius ab Anselmo de Pusterla, Mediolanensi archiepiscopo, in ecclesia Sancti Michaelis in burgo MODOECIA, in qua est primus locus corone regni Italie benedictus et unctus fuit in corona ferrea coronatus rex Italie. Postmodum

## **DISTINZION DE L'OTTAV CAPITOL.**

In de l'ottav capitol gh'è dènter la dignità de Milan: I. Come sede di imperador. II. Per l'incoronazion soa de lor in questa città. III. Per la presentazion soa de lor al nòster arcivescov. IIII. Per la despensa del nòster arcivescov. V. Per l'offizzi ecclesiastich che Carlo el voreva tiraa via come rito ambrosian, e per el carneval. VI. Per la penitenza. VII. Per l'antighità de la sede metropolitana e del rito ambrosian, e quanti hinn staa i vescov sòtta al nòster metropolitan e quanti hinn adess; el numer notevol di arcivescov de Milan. VIII. Per i nòster concittadin, religios e secolar, pien de gran dignità. VIIII. In che ben Milan l'è superior a tucc i città. X. Duu difett de la città. XI. Perchè Milan l'è glorios per natura. XII. Interpretazion de sto nòmmed Mediolanum. XIII. Qualità de quest'òpera. XIII. I scus de l'autor. XV. Esclamazion sora Milan e on felipp ai cittadin potent.

### **Esaltazion a Milan per la soa dignità.**

Questa città l'è gloriosa comè per la soa dignità, e mi cercaroo de provall con tanti reson per la via de la verità.

I. Prima de tutt perchè chì, come in ona segunda Ròma, gh'è stada de spess la sede de l'imperador, cioè de Nerva, Traian, Adrian, Massimian e anca alter Gentil, che prima che ghe fudess la Gesa ghe daven adòss ai Cristian. Questi chì, come se leg, hann sgrandii magnificament la nòstra città. Poeu dòpo hinn vegnuu tanti imperador cattòlich, con la Gesa oramai ben salda, cioè Filipp, Costanz terz, Costant, Costantin, che l'era ciamaa Gall, Giovinian, Valent, Valentianian, Grazian, e per ultim Teodòsi; che de spess staven in sta città e chì pientaven la soa residenza.

II. In segond loeugh, perchè i imperador roman hinn incoronaa rè d'Italia a Milan. E allora, come se leg in on certo liber ch'el se ciama Copia de Arnulfo <sup>(116)</sup>, Corrado terz l'è staa benedett, oncisciaa e coronaa rè d'Italia con la coròna de ferr da Anselm de la Pusterla, arcivescov de Milan, in de la gesa de san Michee in del borgh de Monscia, in doe gh'è la prima sede de la coròna del regn d'Italia. Poeu